Vir Per-illustris atque Generosissime,

BIBLIOTHÈQUE
de
Mr COUSIN

Non dubito, Te anno superiore accepisse libros a me editos, qui adhuc in Bibliotheca Regia desiderabantur. Sequitur nunc Tomus Sextus Juris Naturæ, qui hisce nundinis Lipsiensibus publici juris factus est, quamvis enim Mars Musis nostris admodum infestus videbatur, is tamen impedire non potuit, quo minus coepto tramite progrederer, nec laborem meum interrumpere valuit. Quæ mea fuerint fata, ex Dedicatione ad Regem cognosces. Ego autem me favori ac amori Tuo commendo, semper futurus

Vir Per-Illustris atque Generosissime,

Halæ Saxonum d. 29 April.
1746.

Tuus ad officia et obsequia
quævis paratissimus
Christianus L. B. de Wolff.